

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1146 - 1147

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

98. *Ludwig Canonicus des Straßburger Domstifts schenkt demselben einen zur Kämmererei desselben gehörigen Hof. 1146.*

‡ In nomine sancte et individue trinitatis. ‡ auctoritate sanctorum patrum res presentialiter gestas litteris solemus commendare, quatenus eas posteritati nostrę diligenter ac memoriter valeamus notificare. notum sit igitur cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod ego Ludewicus sanctę Marię canonicus curtim quandam ad ministerium camerarii pertinentem quatuorque denarios eidem camerario persolventem beatissimę dei genitrici Marię pro remedio animę meę hereditario jure, quo eam possedi, donavi ea videlicet ratione, quod ego, quamdiu vivam, curtim eandem possideam et, cuicumque mihi libuerit, curtim illam eodem hereditario jure pacisci valeam ea scilicet conditione, ut post mortem meam in anniversario obitus mei singulis fratribus, quocumque locorum maneat, singulos denarios persolvat. quodsi in his persolvendis negligens extiterit et infra quatuordecim dies ter ammonitus fuerit nec emendare curaverit, negligentiam illam duobus solidis portenario corrigat ac prefatos denarios eidem semper representet. ut hec autem rata et inconvulsa permaneant, sic scribi fecimus et impressione sigilli domni venerabilis episcopi Burchardi insigniri rogavimus. facta sunt autem hec anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi 1146, indictione 9, epactis 6, concurrentibus 2¹, Cünrado rege anno regni ejus 8, venerabili episcopo Burchardo Argentinensi episcopatu presidenti. hujus quoque rei testes infra scripti sunt: Cunradus prepositus et eodem tempore camerarius, Bertholfus cantor, Bertholfus custos, Ludewicus corepiscopus, Heinricus corepiscopus, Regenhardus corepiscopus, Heinricus advocatus, Waltherus causidicus, Johannes, Burchardus, qui cognominatur Puer, et alii quam plures.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2708 or. mb. c. sig. int. sub. impr. luso. Obwohl vom Schreiber für das Siegel Raum gelassen wurde und die Schrift ausweicht, so genügte derselbe doch nicht und das aufgedrückte Siegel verdeckte einige Worte, die seit Zerbröckelung desselben wieder sichtbar wurden.

Gedruckt aus dem lib. sal. 1347 bei Würdtwein Nova subs. dipl. VII, 137 nr. 53.

99. *Bischof Burchard von Straßburg beurkundet eine mit dem Mauersmünsterer Kloster getroffene Uebereinkunft, Schenkungen an die Nonnen von Sindelsberg betreffend. 1147 Juli 14 Straßburg auf der Pfalz.*

† ‡ In nomine sanctę et individue trinitatis. ‡ Burchardus dei gratia sanctę Argentinensis æcclesię episcopus omnibus tam futuris quam presentibus conventionem, quę facta est inter nos et æcclesiam beati Martini Maurimonasterii mediante domno Anshelmo ipsius loci abbate, dignum duximus litteris commendare, veritatem ac justiciam roborare, omnem querimoniam seu contradictionem perpetuo sedare. matrona quedam Berhta nomine Argentinensis familię cum filio ac filia apud Öten-

¹ Grandidier l. c. corrigirt die Concurrente in die richtige 1.